

QVE LOS EXEQVDORS

NO SIAN TORBATS EN LLVRS OFFICIS,

Del Libre den Sant Pere

Cart. 118.



ETRVS DEI GRATIA REX ARAGONVM,
Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ,
Comesque Barchinonæ, Rossilionis, & Cerita-
niæ. Nobili, & dilecto Consiliario nostro Olfo
de Proxida militi Gerenti vices Gubernatoris in
Regno Majoricarum, seu alij qui pro tempore
dicto preerit officio salutem, & dilectionem
sich in humili supplicatione nobis reverenter exhibita per Nun-
tios ad nos missos noviter per Vniversitatem Civitatis, & Regni
Majoricarum continentem vidimus aliqui ex emptoribus imposi-
tionum Nuntios Vniversitatis ejusdem plerumque convenerunt, &
convenient coram Vicario Civitatis ipsius prætendentes quod Ca-
pitula continentia emptionem per eos factam de dictis impositi-
onibus eis non servabatur sic in emptione ipsa actum fuerat, &
conventum, & super hijs fecerunt, & faciunt Sindicos prædictos
sepius littigare ad finem ut Iuratos Civitatis ipsius inducant ad re-
mittendum eisdem emptoribus aliiquid de prætio impositionum
prædictarum, quod in dampnum ipsius Vniversitatis comititur re-
dundare vnde cum ex ordinatione Règia, & ex consuetudine diu
est observata, executores Domus jurariæ Dictæ Civitatis cognos-
cant de quibusvis questionibus, quæ dependent, tam ex debitori-
bus obligatis qualitercumque Domui jurariæ prædictæ ratione eo-
rum in quibus domui ipsi tenetur, quam ex emptoribus adjutarum,
& impositionum dictæ Vniversitatis ratione ipsarum adjutarum,
& impositionum, & propterea supplicarunt nobis super hijs eis, de-
bité provideri. Id circa nos supplicatione ipsa suscepta benignè
vobis dicimus, & mandamus de certa scientia, & expressé qua-
tenus ordinatione, & consuetudine suptadictis juxta earum theno-
rem, & seriem faciatis inconcussé, & inviolabiliter observari, & sich

A

execu-

NPZ

NFF

executores prædicti de eisdem omnibus cognoscere valeant, si,
& pro ut est fieri assuetum Datum Dertuse decima die Aprilis
anno à Nativitate Domini millesimo, trecentesimo, septuagesimo
primo. G. de Palou. REX PETRVS.

DEL LLOCH ASSIGNAT PER EXERCICI, LO OFFICI DE
Exequudor.

NOS Petrus Dei gracia, Rex Aragonum, Valentiæ, Majoricæ
rum, Sardiniaæ, & Corsicaæ, Comesq; Barchinonæ, Rossilie-
nis, & Ceritaniaæ. Quia fidelis scriptor noster Matheus Vallfogoni in
nostra existens presentia, quod pro parte dilectorum, & fidelium
nostrorum Iuratorum Majoricarum nobis humiliter supplicavit,
ut cum executores debitorum Vniversitatis dicti Regni locum non
habeant competentem, in quo valeant eorum officium exercere
dignaremur ex benignitate solita aliquem sufficientem locum in
Platea Sancti Andreæ Civitatis ad exercendum dictum officium
deputare, & nos ejus supplicationi tanquam juri, & rationi con-
sonæ benignus inclinati locum, sive stanum contiguum, & affixum
parieti, situmque in dicta platea inter portale Domus Hospitalis
Sancti Andreæ, & portale Canceris Regij Civitatis jamdictæ, in
quo Ioannes Omar Notarius suum tenere Scriptorium consuevit
prædictis Executoribus ut ibi sedere, & morari ac jus reddere gen-
tibus, & ab eorum plené valeant exercere officium donech alium
in dicta platea sufficientiorem locum habuerint præsentium serie
ducimus de certa scientia assignandum mandantes Gubernatori, ali-
jsque officialibus nostris dicti Regni quattenus hujusmodi provi-
sionem nostram exequutioni ducat viis præsentibus cum effectu,
eamque obseruent, & faciant ab alijs inviolabiliter obseruant, in
cujus rei testimonium præsentem fieri, & nostro sigillo apendito
jussimus communiri. Datt. Cesaraugustæ duodecima die Novem-
bris Anno à Nativitate Domini millesimo trecentesimo octua-
gessimo primo Regnique nostri quadragesimo sexto. Rps. Osceñ.

DE EXECVTORE.

NOS Ioannes Dei gratia Rex Aragonum, Valentiæ, Majori-
carum, Sardiniaæ, & Corsicaæ, Comesque Barchinonæ, Rossil-
lionis,

lionis, & Ceritaniæ vestri dilectorum, & fidelium nostrorum Iu-
ratorum, & proborum hominum ac Vniversitatis Civitatis, & Reg-
ni Majoricarum quos ad succurrendum nostris necessitatibus satis
promtos huc usque reperimus opportunitatibus, locundantes. Te-
nore presentibus supplicantibus inde, nobis humiliter fidelibus nos-
tris Officio de Sancto Martino Domicello Iacobo Aymerici Ci-
vé, & Iacobo Arbona loci Sullaris Insulae Majoricarum Nuntijs
vestris nunch in Curia Nostra præsentibus volumus, & ordina-
mus, ac pròvidemus vobis dictis Iuratis, & probis homini-
bus, ac Vniversitati concedimus, quod de cætero Executor
Domus Iurariæ Majoricarum, qui nunch est, & pro tempore fue-
rit Nostri, vel Gubernatoris aut cuiusvis alterius officialis Majo-
ricarum, non petalientia, nec obtenta possit licité, & impune
á modo ex facultate plenaria, quam sibi cum presenti conferimus
omnes ordinationes, & capitula per vos dictos Iuratos, & Con-
silium Majoricarum facta, sienda super quibusvis actibus, seu ne-
gotijs, quorum juredictio, cognitio, & executio dicto Executori,
& ejus officio pertineant, seu spectent voce præconis per loca so-
lita, cum quando, & quotiens voluerit, & sibi expediens vide-
bitur facere publicari esto quod aliter præconizationes prædictas
fieri facere noi consuerint temporibus retrolapsis. Mandantes per
eamdem expresse, & de certa scientia Gubernatori, Vicarijs, Ba-
julis, & alijs officiis nostris, ac præconibus publicis dictorum
Civitatis præsentibus, & futuris ad quos spectet eorumque Loca-
tientibus sub Nostræ iræ, & indignationis incusso, ac pena mille
florenorum auri Nostro etatio irremissibiliter applicandorum quat-
tenus concessionem nostram hujusmodi firmiter teneant, & ob-
servent, dictumque Executorem ea ut liberé permittatur præco-
nes super faciendis dictis præconizationibus sibi pareant, & non
contraveniant quavis causa. In cuius rei testimonium hanc fieri,
& Sigillo Nostro pendenti jussimus communiri. Datt. Barchinonæ
vicesima sexta die Ianuarij Anno à Nativitate Domini millesimo
trecentesimo, nonagesimo quinto Regnique nostri hono. vii.
Seperend.

REX IOANNES.

IDEM DE EXECUTORÉ

a 2

Martinus,

1110

MARTINVS Dei grātia Rex Aragonum, Valentiae, Majoriæ
carum, Sardiniae, Corsicae, Comesq; Barchinonæ, Rossilionis,
& Ceritanie, fideli nostro cuicunque. Executori debitorum do-
mus Iurariæ Majoricarum præsenti, & qui pro tempore fuerit. Sa-
lutem, & gratiam ad humilem supplicationem pro parte Vniver-
sitatis, & Regni Majoricarum probis hominibus nobis factam vo-
bis dicimus, committimus, & mandamus de certa scientia, & ex-
pressé quattenus modo, & forma quibus & pro ut cognocitis, &
estis Iudex de emptoribus adjutarum, & impositionum ac alio-
rum jurium Vniversitatis prædictæ cognoscatis, & sitis Iudex de
omnibus, & singulis contractibus, qui interfuerint, & fuerint in-
ter dictos emptores ex parte vna, & fidejussores socios parsono-
rios eorum in prædictis ex altera posito, quod dicti fidejussores
socij, & parsonerij de & prædictis obligati non fuerint Vniversi-
tati prædictæ. Nam hæc de causa lites cessabunt, & brevius dictæ
satissimæ, & Vniversitati in prætijs dictarum impositionum, & ali-
orum jurium prædictorum. Nos enim vobis, in & super prædic-
tis omnibus, & singulis, & ea quovis modo tangentibus vices
nostras comitimus plenarias cum præsenti perquam præcipimus
Gubernatori Regni, Bajulo, Vicario, Civitatis Majoricarum, &
alijs officialibus Regijs dicti Regni ad quos spectet præsentibus,
& futuris vel locatenentibus eorumdem quatenus provisionem
vostram hujusmodi teneant firmiter, & observent, & faciant ab
alijs inviolabiliter observari, & non contrafaciant vel veniant ali-
qua ratione vel causa. Nec minus dicti Vicarius, & officiales,
processus, & questiones nunc coram eis, ac de causa vendentis
vobis in continenti remittant vel remitti faciant alio mandato à
nobis super hijs mihius petito, seu expectato. Quoniam nos ip-
sis Vicario, & officialibus nostris cognoscendi de cætero de præ-
dictis omnem tollimus potestatem serie cum eadem. Provisionem
vero hujusmodi valere volumus, & tenere dum nobis placuerit,
& non ultra Datum Cesaraugusta xij. die Augusti Anno N.
civitate Domini millesimo CCCXC nono. Mathias Vic^o